Tue fraternitatis Affinitas supueniẽs nõ dissoluit matrimoniũ. Cõis diuisio. scda ibi nos Casus lr̃alis. Quidã matrimonio ꝯcto ⁊ consũmato cũ quadã eius sororẽ cognouit. q̃rit̃ vtz possit exigere debitũ ab vxore ⁊ soluere reqsitus. rr̃idet pa. q̃ vxor monẽda est vt a cõmixtione viri abstineat ⁊ in cõtinẽtia permaneat. donec vir eius mortu⁹ fuerit pp honestatẽ publicã si aũt parere noluerit. ⁊ talis fuerit vt de lapsu timeat̃ ipsi⁹ vir poterit ei debitũ reddere. cũ affinitas post matrimoniũ iniqz ꝯcta illi nocere nõ debeat. q̃ in culpa non fuit. Ber. Nõ q̃ affinitas supueniẽs inter maritũ ⁊ vxorẽ p̃uat solũ culpabilẽ iure exigẽdi debitũ. sed nõ absoluit eũ a reddẽdo debitũ cõsiliũ tn̄ ẽ vt decetero vterqz abstineat ⁊ ꝯtineat. ⁊ de h̄ dic vt le. ⁊ nõ. in. c. trãsmisse. ⁊ in. c. discretionez. s. eo. In glo. i. ibi. i. affinitatẽ. aduerte q̃ iõ glo. sic exponit. qa ex copula illicita cũ affine nõ orit̃ publica honestas sed affinitas. vt in. c. discretionẽ. s. e. sed publica hõestas orit̃ ex ꝯctu sponsalioz vel matrimonij. vt in. c. vnico. de spõ. li. vi. ⁊ qõ ibi nõ. vn̄ in cãu huius. c. fuit orta affinitas ex copula cũ sorore vxoris ⁊ nõ publica honestas. ⁊ iõ glo. sic exponit. ⁊ consimilem expositionem facit in dicto. c. discretionem. sed potest dici q̃ licet non oriatur publica honestas de qua in. d. c. vnico. tamen honestum est. i. honestus exposcitulat vt vxor nõ ꝯiungat se viro qui sororẽ suã turpiter cognouit. vnde vltra affinitatem hoc reqrit honestas. ⁊ sic potest stare tex. p̃prie qui in p̃ncipio facit mentionẽ de honestate in fi. de affinitate ⁊ sic põt intelligi tex. d. c. discretionẽ. ꝯsũmatũ ẽ. s. c. p̃ri. In p̃ma p̃te ponit̃ mlieris petitio. In scda cãe cõmissio. ibi ea pp. Casus lr̃alis. Quedaz puella iordana noĩe q̃ nondũ ꝯpleuerat decimũ annũ. ꝯxit cũ quodã p vba de futuro. qui eã infra spacium eiusdẽ ãni cognouit. postmodũ matrẽ ipsius in vxorẽ accepit. ⁊ carnaliter cognouit eandẽ. vn̄ petebat dicta iordana a do. pa. sibi sup hoc p̃uideri. cũ sine sua culpa viro suo p̃uari nõ dẽat. nec ip̃a valeat cõtinere. mãdat pa. ep̃o dioce. q̃ si res ita se hz vtrũ qz ip̃oz moneat ⁊ ĩducat ad ꝯpetuã cõtinentiã obꝓuandã. q̃ si ad hoc induci nequiuerit iũcta pniã ꝯpetẽti viro eũ p̃ cen. ec. cõpellat vt eidẽ mulieri cohabitet ⁊ cõiugale debitũ reddat. Ber. Nõ p̃mo q̃ affinitas supueniens non dissoluit matrimoniũ p̃sumptũ sicut nec vtz nã cũ ista puella erat matrimoniũ p̃sumptũ. qz cõtraxit spõsalia ⁊ eã postmodum cognouit. vt in. c. is qui. s. de spõ. et sic istud. c. põt nobis ꝓuire vltra capitula p̃cedentia ĩ matrimõio p̃sumpto. Scõo nõ ⁊ tene mẽti q̃ pubertas potest multũ p̃ueniri. nã hec puella nondũ cõpleuerat. x. annũ et tn̄ potuit mature cognosci qõ pz ex eo. qz ex illa copula fuit inductũ matrimoniũ. Ex hoc ifero q̃ ex copula habita cum minore p̃resumitur potentia coeundi in ipsa minore. lz aliter non p̃betur quod tenet Ain. s. c. fraternitati. dicit tn̄ q̃ posset p̃bari ꝯriũ p aspectũ corporis qõ plz. arg. c. fraternitatis. j. de frigi. Tertio nõ q̃ eccl̃ia põt compellere ꝯiugẽ ad reddendũ debitũ ꝯiugi. Altio qz tex. hic dicit q̃ vir exactus tenet̃ reddere debitũ. qn̄ dr̃ exactus. dicit Ain. q̃ exactus dr̃ siue verbo siue signo exigat̃ debitũ. nã sepe signis loquimur vt in. c. cũ apud. s. de spon. nam sepe mulieres verent̃ verbis petere debitum nunquid autẽ vir ille poterit exigere. dic q̃ non qz priuatus est p̃pter delictũ suum vt in. c. transmisse. ⁊. c. discretionem. s. e. vn̄ peccaret mortaliter exigendo fm Ain. qz contra p̃ceptum canonis. ar. in. c. ij. de ma. ⁊ obe. nec mulier debet sibi acquiescere ẽt si timeat de incontinentia viri. sed dic q̃ ecclesia poterit secum dispensare si timetur de incontinentia ipsius vt dixi in d. c. transmisse.

De consanguinitate ⁊ affinitate. Rubrica.

Viso de cognatione spūali ⁊ legali ac ō ꝓximitate quadā q̄ ꝗbitur ex copula cū ꝓsanguinea vxoris. merito restat videre de cognatione carnali que cōsistit in ꝓsanguinitate ⁊ affinitate. merito post rubricas precedētes subijcitur ista. Et quid ꝓpꝛie sit affinitas aut ꝓsanguinitas dic vt habetur in glo. super arbore.

Ex litteris. Sepaꝗ matrimōiū cōtractū iter affines pmi generis ⁊ quarti gradus. ⁊ sunt tres ptes. In pma casus narratio. In scda risio ibi quo circa. in tertia iudicū instructio ibi cetex. Casus lrālis. Quidā secrete subarrauit quandā viduā p ānuli ēmissionē. ⁊ eam carnaliter cognouit. tandē cū vellet in cōspectu ecclesie cuꝫ ea cōtrahere duo ꝓposuerūt qō habere nō poterat in vxorē ex eo qō pōrem virū attigit quarto gradu ꝓsanguinitatis. vnus illoꝝ iurauit q̄ ita audiuit alius noluit illō iurare. ⁊ sic publice ꝓtraxerūt. postmodū venerūt alij duo ⁊ iurauerūt q̄ primus vir fuit isti supstiti. v. cōsanguinitatis gradu cōiunctus dubitabaꝫ. Quid essꝫ in hoc faciendū. Consultus pa. mandat cuidā abbati. Quatenus vtranqꝫ partē ante suā ꝓsentiā cōuocet ⁊ testes iurare faciat coꝝ ipso. ⁊ si p testes legitimos ꝓstiterit qō primus vir attinet viro supstiti. iiij. gradu illos debeat abinuicē separe. qꝛ vt dicūt canones mulier illa non poterat aliquē habere ō ꝓsanguinitate prioris viri vsqꝫ ad iiij. gradū. in fi. dicit q̄ cāe matrimoniales nō sūt tractāde p quoslibet. sed p viros discretos q potestatem habeant iudicandi. ⁊ qui sciant canones. Ber. Nō ꝓmo tex. iuncta glo. qnta q̄ p vnū testē de auditu ⁊ p aliū sine iuramēto nō ꝓbaꝫ sufficiēter ꝓpedimentū ēt ad ꝓpediendū matrimoniū ꝗbendū qō bene nōbis ad ꝓtellectū ⁊ limitationē. c. ꝓterea el. ij. s. de spon. Et ex hoc ꝓfero q̄ maiorē fidē facit fama vel vnus testis cū iuramēto q̄ꝫ duo testes. quoꝝ vnus deponit de auditu. ⁊ alius sine iuramēto. nam sola fama de se sufficit ad ꝓpediendū vt. j. c. proximo. Itē dictū vni⁹ deponētis de veritate valet ut in. d. c. preterea. h aūt duo nō sufficerēt rōe ꝑdicta. Et ex h ⁊ ex tex. nō q̄ ī cā matrimoniali testes debēt eē iurati ēt si agaꝫ ad matrimoniū ꝓpediendū ⁊ p hūc tex. puto q̄ dictū. c. ꝓterea dꝫ ꝓtelligi q̄ ille iurat⁹ asserebat ꝓpedimentū. Itē nō q̄ testes ꝑsertim in cā matrimoniali debēt eē oī exceptiōe maiores ⁊ tenebis mēti vnā glosellā hic q̄ dicit illos dici oī exceptione maiores q̄ nulla exceptiōe ltima pūt repelli. vide ēt glo. nō. isti. ō inuti. stip. §. itē verboꝝ obligatio. q̄ dicit illū testē dici idoneū q̄ nulla exceptiōe repelli pōt qō nō ꝓ statutis sepe reqrentibus istas qualitates. Itē nō q̄ cū agiꝫ ad ꝓpediendū vel dirimendū matrimoniū ijdē q̄ denunciāt vel accusant pūt esse testes ⁊ hoc rōne peccati cū nō agaꝫ de ꝓmodo vel ꝓcōmodo eoꝝ ꝓ hoc bo. tex. in. c. in oī negocio. s. de testi. Altio nō duo reqsita in eo q̄ vult diffinire cām matrimonialē. pmo vt habeat iudicādi ptātem. scdo vt statuta canonica nō ignoret. ⁊ p hoc arguit hic hosti. ꝗ theologos q̄ dicūt ecclesiam posse regi ex sola theologia. Sed quero qd si alteꝝ istoꝝ deficiat nūqd teneat snia. Conclude post hosti. q̄ aut deficit ptās ⁊ idubitāter nō valet snia q̄ꝫtūcūqꝫ detur pitia qꝛ snia a iudice nō suo lata nulla ē. ut ī. c. at si clerici ⁊ in. c. iij. s. de iudic. ⁊ C. si a nō ꝓpe. iudi. p totum. Si vō adest ptās ⁊ deficit pitia. tūc tꝫ snia sed peccat iudex iudicando. dꝫ. n. iudex alteri pitiori cāꝫ delegere. aut piros ꝓsulere facit. ij. q. ij. c. fi. de pe. di. vi. c. i. ⁊ l. certi. C. de iudi. Et nō ex hoc iudicē ordinariū posse delegare cām matrimonialem.

Hinc sumpta occasione q̄rit hosti. pone q̄ duo sūt electi ad eundē ēpatū quoꝝ vn⁹ ē theologus. alter canonista qs eoꝝ fit ꝓferendus data pitate. Concludit q̄ si in loco magis vsaꝫ cāꝝ ventilatio preferēdus est canonista. Si aūt ibi pullulāt hereses vel locus est vicin⁹ hereticis ⁊ tunc ꝓferendus ē theolog⁹. ar. in. c. in causis. s. de elec. facit. c. sup spe. de magist. mixt⁹ tū eēt ꝓferēdus vtriqꝫ. dicit ēt q̄ nō ē necessariū q̄ ēps sit magister cānū. satis. n. est q̄ hēat sciam cōpetētē qꝛ ꝓpetēs scia tolerat ī plato lꝫ eminēs desideret vt in. c. pe. de ꝓbē. ⁊ in. c. cū nobis. s. ō elec. ⁊ hec nō. In gl. iiij. nō duo sing. ex ista glo. ꝓmū q̄ cā mrimonialis pōt delegari nō ēpo. nā ista cā fm vnū intellectū fuit delegata isti archipsbytero p istū abbatē cassinēsem quibꝫ iurisdictionē plenariā in castris monasterij. ⁊ eidē iste archipresbyter ē subiectus ⁊ hoc voluit Hos. B. ⁊ hoc nō ꝓ limitatione eoꝝ que dicūt doc. in. c. cām matrimonij. de offi. dele. vbi dicūt de ꝓsuetudine curie cās mrimoniales nō ꝓmitti nisi ēpis. ō iure vō possūt cōmitti cuicūqꝫ clerico salua dispōne. c. statutū. de rescrip. li. vi. Secdo nō ex glo. q̄ ex cōsuetudine seu ex ꝓscriptiōe pōt acquiri ptās diffiniēdi ⁊ cognoscēdi cās matrimoniales. sicꝫ glo. habes in. c. lrās. de resti. spo. licet hosti. ibi ꝗ. sed tene pmū ꝓ quo adduco tex. quasi ex ꝓsum in. c. audiuis. ō ꝓscrip. Quis aūt de iure cōi hēat ptātē iudicandi de cā matrimoniali. dicit hosti. q̄ ēps qꝛ cū cā sit gravis ad eū ē ꝓferenda. xxv. di. plectis. ⁊ in. c. i. de offi. archi. Ego allego tex. exp̄ssum q nō ē alibi in. c. accedētib⁹. de excel. pla. vbi dꝫ q̄ dignitatis ēpaꝫ est cognoscere de cāis matrimonialibus. ⁊ sic nullus prelatus citra ēpm pōt de iure cōi hoc attēctare nisi iuueē iure spāli. In glo. in v. coꝝ te. ibi spāle in matrimonio. ⁊ hec so. plꝫ. nā si snia nō trāsit ī rē iudicatā. vt in. c. tenor. ⁊. c. lator. de re iudi. fortius post publicationē solā pūt ꝓduci testes. ⁊ hanc mātꝫ plene explicaui in. c. iurauit. de ꝓba. ⁊ nō. in. c. cū in tua. ⁊ in. c. series. de testi. In glo. in v. quarto gradu ibi dispensatiue. hec solu. diuinat. idē dicendū ⁊ melius q̄ in ātiqua decretali dicebaꝫ de. v. vi. ⁊. vij. sed mētio alioꝝ graduū fuit decisa pp. c. ñ dꝫ j. e. vbi ꝓhibitio fuit restricta ad quartū gradū.

Super eo Affinitas supueniēs de qua saltē ꝓstat p famā soluit spōsalia de futuro. Cōis diuisio. scda ibi inqsitioni. Casus lrālis. Quidā iuuenis ꝗxit spōsalia de futuro cū quadā puella que nō erat nubilis etatis sed facta nubilis: petijt illū ⁊ ipe excepit dicens qō eā in vxorē habere nō pōt: qꝛ postqꝫ affidauit illā ꝓsanguineā illius carnaliter cognouit. ꝓsultus pa. rīdet q̄ si manifestū ē q̄ illā cognouit. vel si ēt nō est notoriū ⁊ fama loci hoc bꝫ. dꝫ ille ab impetitiōe illius absolui cū fuerit sponsa tantūmodo de futuro. Ber. Nō ꝓmo sponsā ō futuro posse repetere spōsum vt cogat matrimoniū ꝗbere iuxta ꝓmissionē suā. nam sponsalia sūt futuraꝝ nuptiaꝝ ꝓmissio. xxx. q. v. nātes. ⁊ l. i. ff. de spō. qō aūt ꝓmatrīt necesse ē adīpleri. s. de pac. c. j. ij. ⁊. iij. ⁊ idē dic in sponso. facit. c. ꝓterea. el. i. de spō. Nō scdo q̄ allegās turpitudinē ꝓpriā audit ex qua vsaꝫ piculū aīe. ad idē. c. ꝓterea. el. ij. s. de spō. Tertio nō q̄ sola fama ꝓbat ꝓpedimētū matrimonij. ⁊ lꝫ iste tex. loquaꝫ in affinitate idē dicas in quolibꝫ alio ꝓpediměto. qꝛ vbi ē eadem rō eadē dꝫ eē iuris dispositio. in. c. cū dilecta. de ꝓfir. vti. vt iuri. ⁊ sic hēs hic casum in quo fama facit plenā ꝓbationeꝫ ⁊ hoc iō qꝛ agiꝫ de modico ꝓiudicio. ⁊ vt in dubio euitet piculū aīe. Et ex his ꝓfero q̄ ī causis modici ꝓiudicij fama facit plenā ꝓbationē marime si ex hoc euitaꝫ piculū aīarū. ⁊ vide qō dico in. c. venens. el. i. s. de testi. secus vbi ageret de magno ꝓiudicio. vñ si matrimoniū hic fuisset ꝗctū sola fama ꝓpediměti nō suffecisset vt in. c. si duo. xxxv. q. vi. In glo. ij. in fi. nō ex hac glo. q̄ lꝫ iuramētū nō sit de substātia matrimonij vel sponsaliorū. tū addit forti⁹ vinculū. p h. c. fi. de fo. cōpe. li. vi. ⁊ vide qō dixi. in. c. pe. ō iureiu. In gl. in v. manifestū in fi. aduerte qꝛ glo. sētit q̄ manifestū h capitur ꝓ notorio q̄si nō sufficiat ꝓpedimentū eē manifestū sed certe glo. nō bñ loqꝫ. qꝛ manifestū in plus se hꝫ q̄ꝫ fama. vt nō. in. c. vrā. de coha. cle. ⁊ mulie. marime p Io. an. ⁊ Io. cal. sed fama p se sufficit vt h ergo ⁊ manifestū. ⁊ iō nō ꝓpro pādo liam tex. h ꝓbat q̄ in plus se hēt manifestū q̄ꝫ fama qō nō ⁊ dic vt nō. in. d. c. vestra. In glo. fi. ibi plus facit fama. nō multū istā glo. ⁊ idē nōt glo. iiij. q. iij. §. itē pape. sed certe nō puto glo. illā verū dicere. ⁊ errꝛ oriꝫ ex intellectu illius. c. ꝓterea. nā vt dixi in. c. sup eo. s. ti. ꝓxi. in. c. ꝓterea nō fuit ille testis oīno integer. tū qꝛ allegabat turpitudinem suā. tū qꝛ nō deponebat in forma testimōij nec volebat nō

men suũ publicari. ⁊ sic nõ iurauit in pñtia ptis sicut fieri debet. vt in. c. ij. de testi. ergo non male ille tex. allegat ꝑ istas glo. vñ credo q̃ dictũ vm⁹ testis ĩtegri de veritate maiorez fidẽ faciat q̃z fama qõ pz ex eo q̃ in oĩ cã ẽt criminali duo testes sufficiũt: sz nõ sic vnus testis cũ fama: ⁊ sic fama non semp bz vim vnius testis. de quo vide qõ nõt bar. in. l. de minore. in. §. tormẽta. ff. de questi. ꝑ tex. iũcta glo. in. c. taz lr̃is. de test. ⁊ qõ dixi in. d. c. veniens. ⁊. d. c. sup eo.

Quod dilectio.

Si dispensat cuz aliqb⁹ vt possint ꝯbere in certo gradu als ꝓhibito requiritur q̃ vterq̃z ꝯbentiũ toto gradu distet a stipite ꝑserti si ꝑ bz ꝓsuetudo als lũmat sine dictiõe ꝑserti. vt. j. declarabo. ꝓmo ponit casuz. scõo allegat ꝓ ⁊ ꝯ. ibi qõ vñ. tertio rñdet ibi nos itaq̃z. Casus lr̃alis. Quidã legatus auctorita te dñi pape fecit quãdã indulgentiã boĩbus sue legationis vt possent ꝯbere matrimoniũ in. vi. gradu. sed vir ⁊ mulier volebãt cõtrabere matrimoniũ vnus distabat a cõi stipite. ij. vel. iij. gradu. Querit vtꝯ possint matrimonialiter copulari ꝓpter indulgentiã ꝑdictã: q̃ videbat fieri posse ꝓm regulã illã qua dr̃ quoto gradu quis distat a stipite ⁊ a quolibet per aliã lineam descẽdentiũ ab eodẽ. cõsuetudo tamen illius terre est. si aliq̃ talis casus emerserit: boĩes illi ꝓximiores gradu cõiunctos separãt ⁊ impediũt copulari volẽtes. Rñdet pa. qõ indulgentia illa si ẽ intelligẽda q̃ vterq̃z ꝓiungendoꝝ distet a stipite. vi. gradu ⁊ ita in cãu ꝓmisso cõiungi nõ debẽt. vnde in hac ꝑte potius deferendũ est multitudini: ⁊ obseruate ꝓsuetudini q̃z scandalũ aliud populi ad hibita nouitate statuere. Ber. Nõ ꝓmo regulã in cõputandis gradibus ĩter collaterales. nã quoto gradu distat alter a stipite tanto distat a quolibet descẽdẽtiũ ꝑ aliã lineam ab eodẽ stipite. ⁊ ꝓcedit ista regula q̃n collaterales sũt in linea equali. Si vo sunt in linea ĩequali exẽplũ in fratre ⁊ filio alterius fratris: tũc cõputatio fit a remotiori vt in. c. fi. j. eo. vbi plenĩ⁹ dicet. Scõo nõ q̃ ꝓsuetudo multũ valet in ĩterpretatiõe ĩdulgentiaꝝ. sicut. n. ꝓsuetudo ĩterpretat legẽ. vt in. c. cũ dilectus. de ꝓsue. ⁊. l. si de interpretatione. ff. de legi. Eodẽ mõ interpretat ꝑuilegiũ seu indulgentiaz vt hic ẽ casus nõ. idẽ eadẽ rõne dicit Io. an. in interpretatione statuti. erat. n. statutũ padue vt in singulis quattuor mẽsib⁹ fieret cõciliũ sup male ablatis. fuit factũ ꝓciliũ ĩ fine q̃ttuor mẽsiũ. querebat nunqd de decima die sequẽtis tpis q̃ttuor mẽsiũ possit fieri aliud ꝓciliũ. ⁊ rñdet ipe q̃ nõ ne ꝓtingeret differri ꝓciliũ ꝑ octo mẽses ꝯ ꝓsuetudinẽ loci q̃ habebat vt vnum cõciliũ nõ distaret ab alio ꝑ q̃ttuor menses. facit qõ nõ. in. c. in singulis. de sta. reg. Tertio nõ q̃ ꝓsuetudo potest habiles inhabilitare ad matrimoniũ. de quo dic vt dixi in. c. sup eo. s̃. de cogna. spi. ⁊ aliqd dicã. j. e. q̃ circa. In glo. iij. tene mẽti glo. q̃ solus papa dispẽsat in gradib⁹ humana lege ꝓhibitis. Idẽ nõ. j. e. c. q̃ circa. ⁊ tz spe. in ti. de leg. in. §. nũc oñdendũ. v. lxxv. ⁊ idẽ Io. an. ĩ addi. ⁊ hodie vñ satis claꝝ ꝑ. c. nõ dz. j. e. vbi ponit ꝓhibitio ꝓcilij generalis. ꝓstat aũt q̃ nullus citra papã ẽt si sit legat⁹ de latere põt dispensare cõtra cõciliũ vt le. ⁊ nõ. in. c. dilect⁹. ⁊ ĩ. c. dilecto. s̃. de ꝑbẽ. ⁊ vide glo. in. c. cũ dilecti. s̃. de elec. ⁊ qõ ibi diri. In glo. in v. vterq̃z ꝓiungẽdoꝝ. ꝓ intellectu gl. opp. bñficiũ ꝑncipis dz latissime ĩterpretari. vt in iurib⁹ alle. in p̃n. glo. sed de iure ẽ q̃ quoto gradu distat remotior a stipite tanto gradu ⁊ c̃. vt. s̃. dictũ ẽ. ergo ista indulgentia legati nõ debebat ita stricte ĩterpretari. Sol. dat duas sol. ꝓma q̃ ipe ꝓcedẽs põt ĩterpretari indulgentiã vt vult. hec sol. non est rõnabilis. q̃ si hec interꝑtatio nõ fuissz iuridica iste tex. nõ poneret ius. ⁊ sic nõ fuisset redacta in hac cõpilatione. Alia so. ẽ q̃ ꝗ fecit papa ꝑ ꝓsuetudinẽ terre quasi dicat q̃ cessante cõsuetudine papa fuisset interꝑtatus indulgentiaz ꝓm ius sz ꝓsuetudo fuit cã restringẽdi ꝑuilegiũ. ⁊ hũc ĩtellectũ nõ. quẽ sequũtur host. ⁊ Io. an. in no. ponit aliũ ĩtellectũ dicẽs q̃ ꝑuilegiũ ꝯ ius cõe cũ sit odiosum dz stricte intelligi. sed ꝑuilegiũ nõ sic odiosũ dz latissime ĩterpretari. et de tali loquunt ꝯria. ꝗ dictũ Inno. est verissimũ in se. ⁊ solet quotidie ad hoc allegari iste tex. sz allego tex. magis aptũ in. c. i. ⁊. ij. de fi. ꝓ. lib. vi. vide glo. de offi. ordi. ĩ. c. ordinarij. ⁊ plene ꝑ io. an. ĩ. c. oli. de vb. sig. ⁊ ꝑ bar. in. l. fi. ff. de ꝓsti. ꝓrin. Sed quo ad istũ tex. nõ plz mihi dictũ innoc. q̃ lz dispẽsatio sit stricti iuris. tñ dz recipe ĩterꝑtationẽ a iure cõi ex quo logt in mã iuris. facit. c. ad audiẽtiã. de deci. ⁊. c. in his. de ꝑui. nã ⁊ statuta lz sint odiosa capiunt nihilominus ĩterꝑtationẽ a iure. vt nõt inno. in. c. cãm. de rescrip. ⁊ bar. in. l. oẽs populi. ff. de iusti. ⁊ iu. ⁊ q̃ hoc sit vex ĩduco finez huius. c. vbi papa fũdat se sup ꝓsuetudine. nã ex cãe expssione colligit mens disponẽtis. vt in. c. intelligentia. de vbo. sig. ⁊. l. cũ pr̃. in. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. ꝑ Di. in regula si. de reg. iur. li. vi. ⁊ lz glo. hic fi. dicat hodie nõ ꝓcedere hanc indulgẽtiã. dic q̃ lz hoc. c. sit sublatũ quo ad exempla q̃ sextus gradus nõ ẽ in ꝓhibitiõe. hodie tñ remãet dispõ huius. c. si hodie papa dispẽsaret vt distãtes a tertio aut q̃rto gradu possint adinuicẽ ꝯbere. multũ tñ debent verba indulgentie attendi.

De infidelibus

Infideles ꝓiũcti ĩ gradu ꝓhibito lege canonica post baptismũ nõ separant. cõis diuisio. scõa ibi ꝓsultationi. Casus lr̃alis. Aliq̃ infideles ꝯrerũt matrimoniũ in gradu ꝓhibito a canone. post modũ ꝓuersi ad fidẽ ⁊ baptizati sunt. q̃ritur vtrum post baptismũ debeãt separari. rñdet pa. q̃ nõ sunt separandi q̃ dñs a iudeis requisit⁹ si liceret ipsis vxorẽ ex quacũq̃z cã dimittere. ⁊ ipse rñdet quos de⁹ ꝓiunxit homo nõ sepet. ꝑ hoc dicit intelligere q̃ matrimoniũ sit apud eos. Ber. Nõ primo iudeos nõ astringi legib⁹ canonicis circa sacramẽtalia ⁊ cõcernẽtia aĩam. vñ licite ꝯbunt mr̃imonia in gradib⁹ ꝓhibitis humana lege tm̃. ad hoc. c. gaudem⁹. de diuor. vbi bon⁹ tex. Nõ scõo q̃ ꝑ supuentionẽ noue legis nõ debz mutari id qõ gestũ ẽ ꝓm legẽ antiquam. ex quo adhuc non emanauerat noua lex. Iudeus. n. nõ astrigit ad ꝓuãdã legẽ canonicã nisi post baptismũ. id ergo qõ gessit anteq̃z se subijceret legi xpiane dz tenere ex quo nõ ẽ gestũ ꝯ legẽ diuinã. als sec⁹ nã lex diuia eos astrigit adeo q̃ de trãsgressione posset papa eos punire. vt nõt inno. ĩ. c. qõ sup his. de voto. Tertio nõ q̃ iter iudeos ⁊ alios infideles ẽ vex matrimoniũ. ⁊ sic hẽs vnũ sacm̃ quo vtũt iudei ⁊ alij ĩfideles Itẽ vltio nõ q̃ ꝑuatio ꝑsupponit hĩtũ sic arguit hic papa si. n. xp̃s dixit iudeis. quos de⁹ ꝓiũxit hõ nõ separet. ergo ꝑsupponit mr̃imoniũ ĩter eos subsistere. Sz ꝯ hoc ⁊ contra tex. oppo. nã eadẽ est rõ si xp̃ianus ꝯbat ĩ gradu humana lege ꝓhibito. q̃ quos de⁹ cõiũxit ⁊ c̃. cui⁹ ꝯriũ inuit tex. ĩ. c. ꝓri. ĩ fi. Sed. dicit io. an. ⁊ bñ q̃ cũ papa vicari⁹ dei hec mr̃imonia ꝓhibeat xp̃ianus de⁹ nõ dr̃ cõiũgere tales ꝓhibitos. sed ĩfideles qui nõ ĩcludũt lege canonica bñ ꝓiũguntur. ex quo lex diuina eos nõ astrigit. In glo. fi. ĩ fi. scrit ꝗ glo. q̃ si iude⁹ ꝯberet cũ iudea pacto exp̃sso vt liceat dare libellũ repudij ꝓm ritũ eoꝝ q̃ nõ teneat matrimoniũ q̃ appõit pactũ ꝯ subãz mr̃imõij. doc. tenet oppositũ q̃ ex quo lex eorũ ꝗ ꝑmittit licite deducit in pactũ nõ. n. ꝓsequit effectũ vi pacti sed vi legis. sicut ĩ sũ dicimus cessare simoniaz si id qõ inest deducat in pactũ. vt in. c. significasti. ⁊ qõ ibi nõ. de elec. ⁊ in. c. olim. el. i. de resti. spo.

Quod super

Cõsanguinei mariti cũ ꝓsanguineis vxoris licite ꝯbũt. hoc ꝓmo. In gradib⁹ ꝓhibitis ñ ꝑnit matrimonia ꝯbi ẽt si ꝗ hẽat ꝓsuetudo. hoc scõo ⁊ sũt duo dicta. scõm ibi ne aũt. Casus lr̃alis. Pater ⁊ filius ꝯbũt mr̃imoniũ cũ mr̃e ⁊ filia duo cognati cũ duabus cognatis auũculus ⁊ nepos cũ duab⁹ sororib⁹. q̃rit q̃d sit faciẽdũ. rñdet pa. lz oẽs ꝓsanguinei vxoris sint affines viri ⁊ ecõuerso. tñ inter ꝓsãguineos viri ⁊ ꝓsanguineos vxoris nulla affinitas est ꝯcta ꝑ quã ĩter eos mr̃imoniũ debeat ĩpediri. In fine ꝑcipit vt ĩfra gradus ꝓhibitos nulli debeãt matrimoniũ ꝯbere ñ obstãte aliq̃ ꝓsuetudie q̃ pori⁹ ẽ corrupte la. Ber. Nõ ꝓmo regulã q̃ ĩter ꝓsãguineos viri ⁊ vxorẽ ꝯbit quedã ꝓximitas. ita eꝯ ĩter ꝓsanguineos vxoris ⁊ ipz

vix. 7 hec appellat affinitas. qz ꝯbit ex eo. qz extranea per
sona venit ad finē gnātiōis alteri⁹ vt dicit tex. in. l. nō facile.
in. §. affines. ff. de gradi. 7 vide glo. sup arbore affinitatis.
sz inter maritū 7 vxorē nulla ꝯbit affinitas. alʒ nō posset eē
matrimoniū iter eos. sūt. n. ipsi affinitatis cā. vt nō. i palle.
locis. 7 rō bui⁹ dicti ē qz p cōnubiū vir 7 vxor efficiūt vna
caro iō vxor cōicat mariro suos psanguineos 7 eꝯ vir vxo/
ri. ¶ Secūdo nō q̄ inter psāguineos viri 7 psāguineos vxo
ris nulla orit ꝓximitas nullū vinculū. vñ absq̄ oī peccato
licite iter se ꝯbunt mrimoniū. ¶ Ultimo nō 7 tene mēti q̄ cō
suetudo nō pōt habilitare ihabiles lege canonica ad ꝯben/
dū mrimoniū. ¶ Cōtra qd oppo. de. c. i. 7. c. sup eo. d cog.
spi. 7. s. eo. c. qd dilectio. Io. dicit gl. fi. q̄ psuetudo pōt i
habilitare alias habiles vt in ꝯrijs. sed nō habilitare alias
ihabiles. vt hic. Ui. dat duas so. pma q̄ psuetudo hñs fo
mentū iuris ātiqui pōt ihabilitare ꝯ ius nouū. 7 sic loquūt
ꝯria vt ibi dixi. secⁿ āt vbi psuetudo nulla lege iuuat vt hic.
Scda so. ē q̄ psuetudo pōt ihabilitare. qz inhabilitario est
onus. nō aūt habilitare qz ē bonor. viij. q. i. i scripturis. idē
voluit Hoff. i effectu dicens prātē ꝯbendi posse restrīgi p
cōsuetudinē sz nō laxari. Host. dānat istas sol. dicens q̄ hz
eas plus opat cōsuetudo vbi est debilior. nā qñ inhabilitat
est ꝯ ius diuinū 7 ꝯ ius canonicū. qñ hbilitat ē ꝯ ius canōicū
sz hz ius diuinū 7 sic hz illas opi. sola psuetudo vz ꝯ ius cāo
nicū 7 diuinū. sz qñ est iuuata lege diuīa nō pōt vicere legē
canonicā qd sonat in absurdū. exē plū si cōsuetudo hz vt in
q̄rto gradu possit mrimoniū ꝯbi. hec cōsuetudo est hz legē
diuinā vt. s. c. pxi. 7 ꝯ legē canonicā trñ. 7 nō valet fm illaz
opi. si vo hz cōsuetudo vt in qnto gradu nō possit mrimoni
um ꝯbi hec cōsuetudo ē cōtra legē diuinā 7 canonicā q̄ per
mittūt tale matrimoniū. 7 trñ valet hec cōsuetudo fm illam
opi. vide tu qd dixi in. d. c. sup eo. 7 puto q̄ hec rō Hosti.
paz valeat. 7 sustinēdo rōnē glo. dico q̄ cōsuetudo ihabili
tās pōt eē rōnabilis. habilitās vo nō. qz pma est iducta ad
caritatē ampliandā vt hoies poti⁹ ꝯbāt cū extraneis q̄z cuz
cōsāguineis vt āplier vicissitudo caritatis. nā p hanc rōnē
matrimonia fuerūt iterdicta iter cōsanguineos. vt plene hz
in. c. i. xxxv. q. i. sed i scdo cāu cōsuetudo ē ꝯ bonos mores
7 ꝯ bonū caritatis i eo q̄ relaxat ꝓhibitionē iter cōsangui/
neos. cōsuetudo aūt vel statutū ꝯ legē nutrientē bonos mo
res nō vz vt in. c. fi. de cōsue. 7 nō bar. in. l. oēs populi. ff. d
iusti. 7 iu. Ītē nō ē vex q̄ in pmo cāu cōsuetudo disponat
ꝯ legē diuinā 7 canonicā. qz lz ius canonicū 7 diuinū pmit/
tant matrimonia i qnto gradu. nō trñ pcipiūt vt ꝯbant vt in
l. nō qcqd. ff. de iudi. 7 in. c. cōsuluit. d of. del. sz in scdo cāu
cōsuetudo de directo disponit ꝯ pceptū canonis. iō aliud i
pmo cāu q̄z in scdo. Ītē cōsuetudo pōt iterpretari ius diui
num sicut lex. vt nōt Inno. in. c. fi. de consue.

Quia circa. Nō valet dispēsatio obtē
ta a papa sup mrimonio i
ter psanguineos ꝯcto si ibi cā falsa sit exp̄ssa nisi
postea eā papa pfirmaret. h. d. fm vex 7 cōem i
tellectū. pmo recitat dispēsationē. 7 eā tacite dānat. scdo ibi
cū trñ. tolerat dispensationē ex cā. ¶ Casus lrālis. Quidā no
bilis ꝯrit matrimoniū cū quadā muliere que ipm cōtin git
v. gradu psāguinitatis. de q̄ filiā vnicā suscepit. tādē mortua
fuit post mortē filie supplicatū fuit do. pa. vt fauore filie q̄z
de illa suscepat: dispēsaret vt insimul possent remāere: 7 sic
allegata falsa cā dispensauit vt insimul remanerēt. Ēps lo/
ci visa indulgētia. obtenta ex cā falsa. dubitauit vtz possent
ptextu hⁿ indulgētie sic remāere significauit hoc do. pa. ad
dēs q̄ ex separōe illoz magnū scandalū iminebat. Rsidet
pa. q̄ ipe poterit dissimulare vt remaneāt in copula sic con
tracta pp graue scādalū qd iminebat si sepēt. Ber. ¶ Nō p
duas cās dispēsandi sup mrimōio ꝯbēdo seu ꝯcto i gradu
lege canōica ꝓhibito. pria qñ ex tali mrimonio de facto cō
tracto soboles ē supstes. vñ fauore filioz i tali mrimōio di
spēsat. qd itellige sicut dixi i. c. cū hzet. de eo q̄ dux. i ma. q̄z
pol. Scda cā pp scandalū euitandū. vñ hodie quotidie pa
pa dispēsat iter psanguineos pp bonū pacis futuz vel scā
dalū euitādū 7 hec cā sufficiēs ē nedū post mrimoniū ꝯctuz
sz añ. qz pp scādalū recedēdū ē a dispōne iuris positiui. vt
in. c. ij. de no. ope. nū. ¶ Nō scdo ar. optimū ex tex. q̄ narra
ta in ipetratiōe debēt vificari p ipm ipetrātē. si q̄ ipetrās di
spēsationē narrat plures cās oz eū pmo illas vificare. vnde
on⁹ pbādi nō icūbit opponēti. de quo vide p Io. an. in. c.
vnico. de lit. pt. li. vi. 7 in addi. spe. de clā. despō. p⁹ pncipiū
¶ Ītē nō q̄ vitas narratoz ē psiderāda fm tps ipetratiōis
nō. n. sufficit narrata pus fuisse va vel post ipetrationē vifi/
cata. K. n. ille impetrās habuerat filiā nō trñ eā habuit tpe i/
petratiōis. 7 intellige qñ vitas cāz narrat de pñti. ¶ In gl.
fi. nō duo sing. ex ista glo. pmo q̄ surreptio in exp̄ssiōe false
cāe viciat dispēsatiōez ipo facto. 7 lz gl. hūc articulū disputet allegādo aliq̄ iura q̄ faciūt in ar. ego trñ allego tex. aptū i
c. ij. in fi. de fi. pl̄b. li. vi. vbi apte pbat q̄ dispēsatio ē nulla
nō solū p surreptionē in exp̄mēdo. sz ēt in vex tacēdo. nam
detestabilius ē falsū exp̄mere q̄z vex tacere. 7 trñ dispēsatio
corruit ex taciturnitate. 7 idē dicit in q̄libet grā seu p̄uilegio
vt le. 7 nō. in. c. ad audiētiā. el. ij. de rescrip. secⁿ ē in lrīs im/
petratis ad lites. ille. n. ex surreptōe nō fuit ipo iure nulle sz
p exceptionē ānullāde. vt nō. in. c. cetex. 7. c. plerūq̄z. 7. c.
si aūt. de rescrip. rōnē diuersitatis dico in. d. c. ad audientiā
Ad ꝯ. allegata in pn. gl. dicit host. q̄ ponūt cāus spāles p
ter fauorē in eis ꝓtētū. sz tu dic spāli⁹ q̄ in. c. ex pte cā fal/
sa fuit impulsiua 7 nō final. nā cā finalis ingrediēdi religio/
nē ē dei futiū. 7 sic nō fuit peccatū in cā finali. Ītē respectu
legati dicim⁹ q̄ si tal cā exp̄mit q̄ si esset falsa testator nullo
mō legasset nō valet legatū. vt in. l. cū tale. in. §. falsaz. 7 qd
ibi nō. ff. de ꝓdi. 7 de. sz regul cā falsa nō viciat. qz cā nō co
beret legato vt ibi. Ad. §. semel. dic q̄ ꝓcedit fauore liber
tatis qz semel ꝓcessa nō debēt reuocari. sz in dispensatōe vl
alia gratia semp p̄sumendū est p̄ncipē fuisse motū ex cā ex/
p̄ssa. vt in. c. cū adeo. s. de rescrip. 7. c. postulasti. e. ti. ¶ Sz
q̄ro qd si motu ꝓpo papa dispēsat vel aliā grāz cōcedit nū
qd falsitas p eū exp̄ssa habeat viciare grāz. aliq̄ dubitarūt.
sed ego simpl̄r tenerē q̄ si talis est cā q̄ tacita vel exp̄ssa vl nō
existente papa gratiā nō cōcessisset tūc viciat. qz lz mot⁹ ꝓ
prius excludat surreptionē nō trñ firmat grām ꝯ intentionē
cōcedentis. ita notabil̄r sentit Io. an. in. c. si motu ꝓpo. de
pbē. li. vi. 7 vide p do. de ro. decis. xlv. 7 alibi dixit nōbil gl.
in cle. si roman⁹. de pbē. q̄ mot⁹ ꝓpri⁹ nihil opat vltra ca/
sus in iure exp̄ssos. 7 h nō. ¶ Scdo nō ex glo. 7 tenebis sēp
mēti q̄ tolerātia 7 dissimulatio p̄ncipis in actu a iure ꝓhibi
to inducit dispēsationē cui⁹ ꝯriū vī ꝓbare tex. in. c. cū iādu
dū. in fi. s. de pbē. vbi dicit tex. q̄ multa p patiētiā tolerāt.
Io. an. dicit h aliq̄ pulchra vba. Aut. n. cōstitutio pape a
p̄ncipio cōiter nō tenet ipo papa sciēte 7 tolerāte. 7 tūc tole
rātia excusat a peccato. p hoc qd nōt gl. iiij. di. i. §. leges. 7 i
c. i. de treu. 7 pa. 7 in. c. cū multi. xv. q. vlt. Aut a p̄ncipio a
qbusdā recipit 7 a qbusdā nō. 7 tūc tolerātia nō excusat a
peccato. ad hoc. d. c. cū iādudū. hoc ego itelligo 7 limito qñ
maior ps populi recepit. nā tunc peccat minor ps nō obꝑ/
uādo. secⁿ eꝯ qñ minor ps ppli obꝑuasset 7 maior ps nō re
cepisset. nā i cōsuetudie inducēda attēdit maior ps ppli. 7
nō qd facit minor ps vt nōt Io. an. in. c. fi. de cōsue. in gl. fi.
7 idē in tractatu de cōsuetudine in. c. circa qntū. Aut cōstō
pape a p̄ncipio fuit recepta cōiter supple vel a maiori pte.
qz idē ē vt. s. diri. sz si ex postfacto aliq trāgrediunt. 7 tunc
aut papa specifice scribit q̄ vult certū actū tolerare seu dissi
mulare. 7 tunc tal dissimulatio hz vim dispēsationis. 7 iste ē
ꝓpe cāus hui⁹. c. nō ē enī verisile q̄ papa citra dispēsatōez
mādasset istos tolerari i peccato pp scandalū ꝯ. c. ij. de no.
op. nū. Aut papa nihil specifice scribit. 7 nō vī dispēsare. 7
sic loqt. d. c. cuz iādudum. qd ego itelligo vex nisi papa di
spēsasset cū istis trāsgressoribⁿ circa aliquē actum tāq̄z ha/
bilibⁿ. ad hoc facit. l. barbari⁹. 7 qd ibi nō. ff. de offi. pto. et
idē dic p oia quo ad statuta ep̄i.

Tua nos. Testes q̄ de cōsāguinitate de
ponunt cōputationē debēt in
cipe a stipite vel germanis. Communis diuisio

scōa ibi nos igitur. ¶ Casus lrālis. Quidam cōtraxerūt matrimoniū, ꝓhibitum accusatum fuit mrimonium pp consanguinitatē. inducti fuerūt testes ad matrimoniū dirimēdū pp ꝓsanguinitatē q inceperūt cōputare ꝓsanguinitatē ab auū/culo ⁊ filio frīs vel sororis. qrit an tale testimoniū sufficiat ad matrimoniū dirimēdū. rndet pa. qōcūq; matrimonium fit res fauorabilis. testes inducti ad ꝓbādā ꝓsanguinitatē incipe debēt a stipite. i. a pentib⁹ vel frib⁹ ⁊ sic p ordinez distinguere grad⁹, ꝓprijs noib⁹ vel eqpollētib⁹ indicijs designādo ꝓsonas ab vtroqz latere. qr cū freqnter ꝓhibeāt testimoniū de auditu ⁊ illud fit min⁹ validū. non ē in hoc articulo laxāda facultas. qr qua rōne incipent a scōo gradu eadē rōne incipēt ab vlteriorib⁹. Ber. ¶ Nō primo ⁊ tene mēti q; appellatione nepotis venit fratris vel sororis filij⁹. ⁊ nō recordor de alio tex. in iure canonico ita claro cū tex. met exponit hic. vide multas ꝓcor. q̄s ponit io. an. in. c. fundamēta. de elec. li. vi. p ꝗ ede. de se. ꝓsi. xxxviij. ⁊ cōclude q; ex ꝓpria significatione vocabuli nepos, ꝓpe dr filij⁹ ex filio vel filia. vt est tex. i. l. iuriscōsult⁹. ff. de gradi. i. §. nepos. sz filij⁹ frīs vel sororis potiⁿ dr nepos ex cōi vsu loquēdi. Et facit ad qōnem nūqd i statutis appellatione nepotis veniat frīs filij⁹. ⁊ credo q; sic. qr cōis vsus loquēdi p̄ferr, ꝓpe significatioi vboz in quacūq; dispositione. vt nōt bar. in. l. oēs populi. ff. de iust. ⁊ in. ⁊ inno. in. c. olim. de vb. sig. vide glo. in. c. nō nulli. s. de rescrip. ¶ Nō scōo nō valere testimoniū sup consanguinitate, ꝓbāda ad effectū dirimēdi matrimoniū nisi testes incipiāt cōputare a cōi pente vel germanis. i. frībus a qbus descenderūt isti de quoz cōsanguinitate querit. hodie vide tex. magis exp̄ssū in. c. lz ex quadā. s. de testi. ¶ Ultimo nō q; testimoniū de auditu. s. alieno est min⁹ validū. ⁊ q; regr tale testimoniū nō valz. vñ, ꝓpe nō pnt dici testes. vt nōt gl. i. l. in sūma. in. §. labeo. ff. de aq̄ plu. ar. ⁊ vide qd dixi in. c. quotiēs. s. de testi.

Abbas.

Non debet

In secūdo ⁊ tertio affinitatis genere tollit, ꝓhibitio q̄ olim erat i matrimonio ꝓhēdo filr tollit, ꝓhibitio de sobole suscepta ex secūdis nuptijs que olim nō poterat cōtrahere cum cognatōe ꝓnis viri. ⁊ ꝓhibitio cōiugij vltra q̄rtum cōsāguinitatis ⁊ affinitatis gradū nō extendit. ⁊ allegat quotidie iste tex. q est sing. i mā sua. diuidit. nā pmo excusat correctionē iuris ātiq. scōa ibi cuz igit. excusationē declarās in duob⁹ illud tollit. tertio restrīgit restrictiōis cām reddens ibi, ꝓhibitio. q̄rto, ꝓhibitiōez restrictā fortificās cōstōnes cōtrarias tollit ⁊ cās reddit ibi cum g. ¶ Casus lrālis. In pma pte h⁹ cōstitutionis pm trit cōcilium cām ipsi⁹ ꝓstōnis dicens q; nō dz rephensibile iudicari si ꝗz varietatez tēpoz statuta qñqz varient humana marie cuz vrgens necessitas vel euidēs vtilitas h̄ exposcit ⁊ hoc ꝓbat exemplo dñi q ex his q̄ in veteri testō statuerat nōnulla mutauit i nouo. qr g̃ ꝓhibitiōes de matrimonio cōtrahendo in scōo ⁊ tertio genere affinitatis ⁊ de sobole suscepta ex scōis nuptijs nō copulāda cōsāguineis viri ꝓnis difficultatem frequenter iducāt. ⁊ aliqñ piculum pariāt aiarum cum cessāte cā esset effect⁹ ꝓcilium istud hui⁹ ꝓhibitiones reuocat. ⁊ statuit vt sic cōtrahentes decetero libere copulent. In scōa pte dicit q; ꝓhibitio copule cōiugal de cetero nō extendat vltra q̄rtum gradum cōsāguinitatis ⁊ affinitatis. qr in vlteriorib⁹ nō pōt absqz piculo hmōi ꝓhibitio gnālr obꝗuari. oñdens hoc q̄ si nāli rōe. q̄ternari⁹. n. numer⁹ bñ cōpetit, ꝓhibitiōi corpal cōiugij. de quo dicit apls q; vir nō bz ptātē sui corpis sed mulier ⁊ econuerso. qr q̄tuor humores sunt i corpore q cōstāt ex quattuor elemētis ⁊ in his q̄ttuor gradib⁹ ita dz ꝓpetuo obꝗuari nō obstantibus ātiquis ꝓstōnib⁹ sup hoc, ꝓmulgatis. vt si aliqs circa hmōi, ꝓhibitionē p̄sumpserit copulari nullo tractu tpis defendat. cū diuturnitas tpis nō diminuit peccatū sed auget. Ber. ¶ Nō pmo q; ad vitatē tēpoz debent mutari statuta humana. qr lex dz ꝓuenire tpi. iiij. di. erit aūt lex. iō alibi dixit tex. notabilis q; etas nūi tpis nō parit rigorē antiquoz iuriū cū nobis defecerit merita ⁊ vtutes corpales vt habet in. c. fraternitatis. xxxiiij. di. Ideo hodie ex simplici fornicatione clericus nō deponit sicut oli idistincte deponebat vt i c. a multis. de era. ⁊ qua. imo qōlibet peccatū mortale erat oli depositione dignū. de quo dic vt nō in. c. at si clerici. d iudi. ⁊ p hec dicūt qdā volētes detrahere scie iuris q; nō ē, ꝓprie scia. qr scia ē de icorruptibilib⁹ ⁊ de ipossibilib⁹ aliter se hze. vt habet prio posterioz. sz scia iuris mutat quotidie sed dicēdū q; lz mutent ꝓstōnes priculares nō tñ mutat ipm dictamē seu cā finalis iuris. nā sp lex, pdit vt appetit⁹ nori⁹ sub iuris regula limitet ⁊ c. vt hz. s. in, pe. finis ergo iuris ē inuariabil sed ꝓstōnes mutant ⁊ debuiūt fini. semp eni. l. dz eē rōnabilis ⁊ sic fundata sup rōne nāli ⁊ imutabili als nō est lex. i. di. ꝓsuetudo. ⁊ iiij. di. erit aūt lex. ¶ Nō secūdo q; p necessitatē vrgentē vel vtilitatē euidentē recedendū ē a dispōne iuris. nā finis legis concernit necessitatē vel vtilitatē subiectoz. ¶ Tertio nō q; leges sūmoz pōtificum ⁊ cōciliozꝝ appellant statuta humana. ⁊ sic stricte nō pnt dici ius diuinū. qd nō, p limitatione. c. nimis. de iureiu. ⁊ i. c. j. de iur. cal. ⁊ c. q̄str. de accu. ¶ Nō q; de⁹ nōnulla mutat. ⁊ sic vr ꝓmutabil. ꝗ. c. icōmutabil. xxij. q. iiij. Sz tu vide bo. gl. ibi ⁊ qd hz. vi. di. i. §. is ita. ⁊ qd nō. in. c. fi. de ꝓsue. ¶ Itē nō q; hodie mrimonia licite ꝓbūt in scōo ⁊ tertio genere affinitatis. glo. laborat in declarādo ista gnā. sed dic breuiter q; psona adiūcta p carnis copulā sanguini alteri⁹ iducit pmū genⁿ affinitatis psona vo addita pmo generi iducit 2m gen⁹ ⁊ psona addita scōo iducit tertiū qd declara vt in glo. ¶ Itē nō q; mulier dr hze prātē corpis mariti sicut eꝗ. ē ergo iter maritū ⁊ vxorē quedā reciproca obligatio. ⁊ dic q; pificāt quo ad debitū reddendū. sed nō sic i alijs. nā magis tenet vxor fuire marito q̄z eꝗ. vñ alibi dr q; vxor ē pene famula viri. vt in. c. hec imago. ⁊ c. mulierē. xxxiij. q. v. ⁊ vide qd dixi in. c. lias. de resti. spo. ¶ Sed q̄ro nūqd inter ascendētes ⁊ descēdentes possit eē matrimoniū vltra q̄rtū gradū qd ē q̄rere nūqd dispō hui⁹. §. ꝓcernat oēs ꝓsanguineos tā collaterales q̄z ascendentes ⁊ descēdētes. vt vltra quartū gradū, ꝓhibitio nō extendat. vide Hos. in sum. eo. ti. §. itē q̄rit tur. q dixit q; sic. vñ intellexit istū tex. gnāliter. sed ꝗriuz tenuit Io. an. in glo. sua sup arbore ꝓsanguinitatis. ⁊ origialiter host. in sum. e. ti. §. q̄ cōsueuerāt sub. §. q̄str arbor. i v. nono q̄rit. ⁊ hāc opi. credo vissimā cū tex. iuris ciuilis indistincte, ꝓhibeat mrimoniū inter ascēdentes ⁊ descēdentes in infinitū. vt in. l. nuptie. ff. de ritu nup. vñ gl. ibi colligit q; si adā viueret nō repiret vxorē. qr oēs descendun⁹ ab eo. ⁊ cū ius ciuile nō repiat exp̄sse correctū ⁊ sit fundatū sup honestate maria nō debem⁹ p generalē dispōnem canonicam dicere ꝗrium. ar. bonū. in. c. ij. s. de despō. ipu. hec tñ questio pp breuē hoiuz vitā raro practicat. ¶ Nō ex tex. cās q̄ re matrimoniū ē hodie restrictū ad quattuor gradus vide als p Io. an. k. ¶ In glo. iij. ibi qñqz ex vtraqz vt in vxoribus duoz fratrū. hec glo. vult q; affinitas qñqz ex vna copula qñqz ex duplici ꝗbit vt in vxorib⁹ duoz fratz. ille. n. sunt sibi affines i scōo genere ex copula vtriusqz. nā frater mariti est sibi affinis in pmo genere vxor ergo sua cū sit iūcta pmo generi affinitatis inducit fm genus. ⁊ idē est reperire in vxore alterius. ¶ In eadē glo. ibi publica hōestas vt in vxorib⁹ duoz fratz. hoc intendit q; olim qs nō poterat ducere successiue vxores duoz fratrū. rō qr ibi erat tertiū genus affinitatis cū scōa. nā vt. s. diri duoz fratrū vxores sunt in scōo genere affinitatis. sz si altera post mortē mariti nupsit sēproniō ille sempronius attinet vxori alteri⁹ fratris in tertio genere. qr ē psona addita scōo generi. iō mortua vxore sua ⁊ marito alteri⁹ ñ poterat oli allā ducē obstāte tertio gne affinitatis ⁊ vltra ipedimētū affinitatis suberat ipedimētū publice honestatis vt dixit tex. i. c. porro. alle. in gl. sz cū fm ⁊ tertiū gen⁹ sit sublatuz g̃ vr q; publica honestas tāqz accessoria sit hodie sublata. Sz gl. nōbilr ꝓcludit q; illa publica honestas q̄ veniebat accessorie ad fm ⁊ tertiū genus affinitatis ē hodie sublata. qr sublato pncipali ⁊c. sz publica honestas q̄ ñ venit sic accessorie vt in ea q̄ orit ex ꝗctu spōsaliozꝝ seu mrimonij cū ꝓsanguineo meo nō ē hodie sub

lata cū de ea hic nulla fiat mentio. 7 q; fit vex aperte ,pbat in.c.i.de spon.li.vi. ¶ Et nō vnam bonā regulaz ex hac gl. in mā extensionis q; vbi sic se hnt q; vnū venit consecutiue ad reliquū vno imutato seu sublato ēt consecutiuū intelligatur imutatum seu sublatū.ad h̄ tex.optimus in.c.miramur de ser.nō ordi.in.c. q̄uis.in fi.de ele.li.vi. Et h̄ dictum gl. potes adducere ad qōnē nunqd in dispensatione sit fienda mentio specifica de affinitate 7 publica honestate vbi simul coincidunt.aut sufficiat facere mentionē de affinitate.qō fuit ardua in romana curia.credo q; adhuc pendeat 7 allegabatur ista glo.q; sufficiat facere mentionē de affinitate qz ī pñtiā fit de publica honestate. In ōrium facit glo.sup arbore consan.post prin. Sed concordādo dicit q; si publica honestas necessario cōprehenditur sub affinitate satis est ō affinitate fecisse mentionē 7 sic ,pcedit ista glo.exemplum si ī petro dispensationē vt liceat mihi ducere vxorē consanguinei mei defuncti non obstante affinitate in tertio gradu.naz exquo feci mentionē q; fuerat vxor consanguinei mei: pñter feci mentionē de publica honestate. 7 sic p̄ ꝓsequentiā videtur sublata virtute dispensationis. Si vō non cōprehendit ex narratione verborz vtputa ī petraui dispensationē vt liceat mihi ducere ticiā mulierē non obstante q; sit mihi affinis in tertio gradu non valet dispensatio si vltra affinitatē erat publica honestas.exquo de ea non fuit facta mentio expsse vel tacite.ar.in.c.ex tuaz.ō aucto. 7 vsu pal.nā affinitas potest ꝓbi sine matrimonio.vt in.c.discretionem.ē.ti.,pri. 7 h̄ cāu ,pcedat glo.sup arbore. ¶ In glo.in v̄.secūdis nuptijs ibi in sponsa de futuro. Idem dic 7 fortius in sponsa de pñti.nam maior honestas exigit vt non ducam eā in vxorez q̄ fuit sponsa de pñti ꝓsanguinei mei q̄z q̄z abstineam ab ea q̄ erat spōsa cōsanguinei mei de futuro. 7 hoc voluit glo.in fi. 7 sic tenēt doc.in.c.sponsam. 7 ibi dixi.ē.de spon. ¶ In gl. in v̄.decetero.ibi non trahuntur ad p̄terita.nō glo. qz pōt fuire in alijs terminis.ex hac enim glo.pōt inferri q; si reuocatur statutū nō censet reuocatus effectus iam causatus p statutū.nec vz approbatus actus gestus ꝗ antiquū statutū. 7 iō excōicatus ex antiqua lege indiget absolutione etiā post legē reuocatā.dic hoc ,pcedere nisi in reuocatiōe dicat q; aliqua lex debeat haberi ,p ifecta.tunc enī ois effectus antique legis est sublatus ita vt excōicatus non indigeat absolutione vt est glo.in cle.i.de sta.regu.in cle.vnica.ō imu. eccle. 7 tene menti istas duas glo.sic intellectas. Et in fi.gl. hec vltima opi.cōmuniter tenetur 7 mihi satis placet fauore matrimonij.

Vir qui. Distās a stipite q̄rto gradu vel citeriori cū distante quinto vt vlteriori ꝗbere pōt hoc dictū cū gl. ¶ Casus lr̄alis Duo volūt ꝗbere mr̄imoniū vir distat a stipite quarto gradu:mulier vō ex alio latere distat ab eodē stipite qnto gradu.q̄rit an possint ꝗber matrimōiū. 7 rndet q; sic fm regulā illā q̄ dz qnto gradu remotior psona distat a stipite 7 a quolibet descendentiū p aliam lineam ab eodē stipite. Ober. ¶ Nō pmo q; regula magistrorz approbata a iure dz ,p iure fuari. Scōo nō regulam infallibilem in cōputādis gradib⁹ in linea trāsuersali seu collaterali vt quoto gradu distat remotior 7 c̄. vt in lr̄a. 7 ,pcedit hec regula in linea transuersali ēt inequali.exēplū in patruo 7 nepote.sunt enī isti in linea inequali.qz nepos descendit p vnū gradum.vñ vbi linea non est equalis semp fit ꝓputatio a remotiori. Si vō sunt in linea equali exemplū in filijs duorz fratz nō ē vis vñ fiat cōputatio.sed quoto gradu distat alter a stipite toto gradu sibi attinet. 7 iste sunt due regule in computādis gradibus siue equandis inter collaterales. Dz secunda ascendentium regula est q; quot sunt persone tot sūt gradus dēpto stipite. 7 ideo demitur stipes quia filius est ex sanguine patris.vnde non fit descensus per duos gradus. sed tantum per vnum de quo plenius in arbore consanguinitatis.

¶ De frigidis 7 maleficiatis 7 impotentia cocundi. Rubri.

Aliso de plurimis ī pedimentis matrimonij qz frigiditas 7 maleficiū 7 generaliter ī potentia coeundi sunt impedimēta matrimonij:iō post rubricas p̄cedentes subijcitur ista. nam aduerte qz hec rubrica hz tres ptes.tractat enī de frigidis. Itē de maleficiatis. Item de impotentia coeundi.et ideo adiecit de ī potentia.qz vltra frigiditatem 7 maleficiuz sunt 7 alij modi impotentie vtputa si vir est sectus seu caret virilibus. Itē potuit auctor addere istud tertiū ad denotandum q; sufficit allegare impotētiā coeundi.lz non specificetur ī potentia coeundi.,p quo facit.c.ij.j.eodem. 7 qz aliter disponitur in frigido 7 aliter in maleficiato 7 aliter ī alia impotentia coeūdi. Ideo auctor in rubrica voluit omnia ista specialiter attingere. 7 de his omnibus etiam tractatur in nigro.

¶ Abbas.

Accepisti. Difficilis est in suo intellectu 7 hz tria dicta. secōm ibi illa.tertiū ibi si aūt. 7 cōiter non sūmat pp varietatē ītellectuū. ¶ Casus lr̄alis. Aliqs accepit aliquā in vxorē 7 cū ea permansit p mensem vel p tres vel p annum postmodū dicit q; est frigide nature.ita q; cū illa vel alia rē hīe non pōt 7 hoc ,pbari per vex 7 rectū iudiciū pōt.debz separi.ita tñ q; si postea aliā accepit reus erit piurij 7 acta pnia priora cōnubia restaurabuntur. Si vero ille prior p⁹ annum aut dimidiū ad ēpm reclamauerit dicens:q; eaz nō cognouit.ipse aut ꝗctum affirmat:ei credendum est cū sit caput mulieris.quia si ,pclamare voluit cur tantū tacuit : cito potuit scire. si eam cognoscere potuit. si vero ab initio post mensem aut duos ad ēpm ,pclamauerit dicēs volo esse mater. Sed vir quē accepi frigide nature est:si hoc ,pbari pōt per rectum iudiciū separentur 7 mulier si voluerit nubat in domino. Ober. ¶ Nō pmo q; maritus pōt reclamare 7 petere separationē ēt ex impedimento ,pueniente a se.interest enim sua vt sepent si non est inter eos vex matrimonium vt nō teneat ad onera matrimonij. ¶ Scōo nō q; ,pfessioni cōiugū sup impotentia coeundi plene nō credit. vñ requirit alia ,pbatio vt possit seq separationis sniā. ¶ Tertio nō q; vir dz caput mulieris. ,p 8.c.cū caput.xxxiij.q.v. ¶ Vltimo nō formā 7 practicā libellandi ex pte mulieris cū petit separationem pp impotentiā mariti. Oppo.ꝗ tex.pmo de.c.laudabilē.j.eo.vbi dz q; si allegatur frigiditas debēt simul cohabitare p triēnium 7 postmodū iurare cū septima manu ,ppinquorz.sed h̄ nihil dz de triēnio.ergo 7c̄. Item ꝗ v̄.illa.facit tex.in.c.fi.j.e.vbi mulier fuit audita post octo ānos allegans impotentiā mariti. 7 h̄ vz īnui ōrium.sed pp hec 7 mlta alia ōria que pant iste tex.doc.maxime Innoc. varia scripserunt ita vt potius intricetur q̄z apiat intellectus but⁹.c. sed vt clarius dicam capiendo meliora dicerē q; principiū c.dz intelligi qñ ambo cōiuges cōfitentur impedimētuz. 7 pōt ,pbari impedimētū p aliqua signa frigiditatis 7 cū iuramento cōiugum 7 ,ppinquorz.s.vt ꝗuges iurēt de veritate ꝗsanguinei.de credulitate.i.q; credāt illos vex iurare.his ꝗcurrentibus pōt matrimonium separi incōtinenti non expectato lapsu triēnij.illō vō triēnū requirit vbi prius p alia signa vrgētia ,pbari non pōt. 7 hoc īnuit tex.in.d.c.laudabilem.ibi si frigiditas prius ,pbari non possit 7c̄. 7 sic intelligo illa verba posita in tex.ibi p vex iudicium 7c̄.nam tria sunt argumenta ad ,pbationē impotētie.pmū aspectus corporis vt in.c.fraternitatis.j.e.nam sicut mulier pōt inspici ita 7 masculus. Scōm ar.est cohabitatio triēnalis iuxta formā dicti.c.laudabilē. Tertiū est iuramentū ,ppum cū septima manu ,ppinquorz mō p̄dicto.vt.j.e.c.laudabilē.vt ergo iste tex.ꝗcordet cū.d.c.laudabilem.debem⁹ appellare hoc vex indiciū qñ vltra iuramēta offert ,pbatio p signa īpotentie.lz glo.videat tm̄ intelligere de iuramento.sed certe h̄ non est sufficiens ,pbatio vt incōtinēti debeant separi. vt apte ,pbat in.d.c.laudabilē.v̄.illa.dz intelligi qñ mulier ꝗfitetur impedimētū 7 vir negat nec mulier proclamauit in exordio matrimonij.tunc enī qz cōcurrunt duē p̄sumptiones ꝗ mulierē.pma qz tarde proclamauit.scōa qz vir dicit

se eã cognouisse non dz mulier audiri itelligo qñ veraciter non pót probare intentionem suam lz aliqua signa inducat tunc.n.dz excludi.s.vt nõ audiat petens ꝓbationẽ de pñti sed post cohabitationẽ triẽnalẽ audiet si ꝓbat p aliqua signa puta qꝛ adhuc repit virgo.ꝛ offert iuramẽtũ proprium cũ septima manu ꝓpinquoꝝ.arg.in.c.laudabile.j.eo. posset ẽt intelligi iste v.qñ mulier erat corrupta.nam tũc de facili ñ pót ꝓbari impedimẽtũ mariti.v.si aũt.loquit qñ mulier in nouitate ꝓclamauit.ꝛ p aliqua signa pót ꝓbari impotẽtia mariti.tunc.n.dz audiri incontinẽti ꝓut dictũ fuit in pn.vñ discretus dz esse iudex ꝛ semp potius exigere ꝓbatões superfluas ꝗ defectiuas cũ agat in separatione de piculo aiaꝝ vt dicit Innoc.ꝛ bñ vñ quãdoꝗ exigat duo ex illis tribus ꝑdictis argumentis.qñqꝗ oia tria.qñqꝗ sufficiet vnica probatio.vt si ẽ necessario concludens.exẽplũ si ex toto virilia sunt amputata marito.nã tunc frustra exquireret ꝓbatio.ꝛ iste tex.loquit in impedimẽto frigiditatis.nã cũ impedimẽto maleficij semp ad minus debent cohabitare prius p triẽnium qꝛ cũ illud ĩpedimentũ nõ sit naturale sed accidentale potest tpe remoueri.vt ꝓbat in.c.fi.j.e.ꝛ sic intelligo istuz tex.lz multa ꝛ varia ħ scribantur. In glo.i.vult ergo glo. q ꝗ iustum iudiciũ appellet hic iuramẽtũ ꝓiugũ cuz septima manu propinquoꝝ.sed mihi nõ plz ħ expositio.vñ dicerẽ q ꝗ aut ꝓiuges volunt incõtinẽti separi nõ expectato triẽnio ꝛ opz q ꝗ impedimẽtũ probet p iustuz iudiciũ.i.p aspectum corporis vt saltem appareant aliq euidentia signa impotentie ꝛ tunc cũ iuramẽto proprio ꝛ ꝓpinquoꝝ pót fieri separatio qõ sentit tacite hic abbas.ꝛ ad ħ adduco.c.laudabilem j.e.ħm intellectum quẽ ibi teneo vt rectũ iudiciũ ponat ꝓ remedio separato a iuramẽto ꝓiugũ ꝛ ꝓpinquorũ.ꝛ dic vt dicam in.d.c.laudabilẽ. In glo.iij.ibi.sed non credo q ꝗ hoc obstat.intellige hanc glo.q ꝗ pmũ matrimoniũ dz restaurari quo ad vinculũ exquo nunc apparet de potẽtia viri.sz respectu tori seu mutui seruitij serua distinctionem ꝑcedentem.vt si solus maritus fuit in dolo possit vxor petere separationẽ quo ad thorũ pp adulteriũ cõmissũ cũ illa alia. Si vero non fuit in dolo vel vterqꝗ cõmisit dolũ tunc matrimonium reprobabit quo ad oia.ꝓ hoc.c.fraternitatis.j.e.ꝛ.c. pe.ꝛ vlt.de adul.ꝛ sic distingue nõ.ħ p io.an.ꝛ ꝗ hanc separationẽ pmi matrimonij venit ꝗrium qõ sequit in glo. de.c.si p sortiarias.vbi dr q ꝗ si matrimoniũ fuit separatũ pp maleficium viri.lz vir postea ducat aliqũ ꝛ cognoscat non p hoc separabit pmũ matrimoniũ cuius ꝗriũ hic dr.ꝛ in.c.laudabilem.j.eo. So.glo.dicit aliud in separatiõe pp frigiditatem ꝛ aliud pp maleficiũ.ꝛ nõ reddit rõnem diuersitatis.vñ aliq dicere voluerũt q ꝗ illud.c.in hoc sit correctũ.ꝛ tu tene glo. ꝛ dic hanc esse rõnem diuersitatis.nã frigiditas ẽ ĩpedimẽtum nãle non restrictũ ad certam ꝑsonã.vñ si vir postea cognouerit aliam ꝓpter ecclesiã fuisse deceptã cũ eodem mõ potuisset cognoscere pmã.sed maleficiũ qõ fit instigãte diabolo restrigit sepe ad certã ꝑsonã vt oẽs possint cognoscere ꝑter vxorẽ.iõ si post diuortium ducat aliã ꝛ cognoscat ñ p hoc apparet ecclam fuisse deceptã.iõ nõ dz separari scõm ꝛ restaurari pmũ ꝛ ita ꝓprie loquitur illud.c.si per sortiarias ꝓ hoc.c.fi.j.eo.ꝛ sic intelligo istum tex.qui solet difficilis reputari.quia videtur deuiare a decisionib⁹ alijs. Ab.

